

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4

Autre(s) référence(s) : Tabuteau 871

Auteur(s) : Hugues Paynel [particulier]

Bénéficiaire(s) : Caen, Saint-Étienne (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1089-1091]

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Hugues Paynel donne à l'abbaye de Saint-Étienne de Caen les deux tiers de la dîme de Fontenay [-le-Pesnel] et une acre de terre. Cette donation est faite également par la mère d'Hugues, Lesceline, qui avait reçu cette dîme en dot. L'abbé de Saint-Étienne donne à Hugues et à sa mère quatre-vingts livres du Mans - somme avec laquelle Hugues, longtemps retenu en captivité, a racheté sa liberté - et une mule valant vingt marcs d'argent. Cette donation, souscrite par Robert Courteuse, duc de Normandie, est suivie de la donation, faite par Hugues de Rosel, de quarante acres de terre à Gruchy.

Tableau de la tradition

Copies manuscrites

- B. Copie, 12e siècle, Caen, Archives départementales du Calvados, 1 J 41, fol. 49-50, n° 153
- C. Copie, 17e siècle, Caen, Archives départementales du Calvados, H 3869, probablement d'après A
- D. Copie de Gaignières, 17e siècle, Paris, BnF, ms lat. 17135, p. 23-24, probablement d'après A
- E. Copie, 1797, Caen, Bibliothèque municipale, ms 379, fol. 101v-102v, extraits
- F. Copie, 19e siècle, Caen, Bibliothèque municipale, ms 300, fol. 79, extraits
- G. Copie, 19e siècle, Caen, Bibliothèque universitaire, ms 21420, p. 51-53, d'après B
- H. Copie de Hippeau, 19e siècle, Paris, BnF, nouv. acq. lat., fol. 86-87, d'après D
- I. Copie de Delisle, 19e siècle, Paris, BnF, nouv. acq. fr., p. 800-801, d'après D

Éditions principales

- a. Bauduin Pierre, *Du bon usage de la dos dans la Normandie ducale (Xe-début XIIe siècle)*, dans *Dots et douaires dans le haut Moyen Âge*, Bougard François, Feller Laurent, Le Jan Régine, Rome, École Française de Rome, Collection de l'EFR ; 295, 2002, p. 429-465, Annexe, n° 1, p. 450-451.

Indications

Hippeau Célestin, *L'abbaye de Saint-Étienne de Caen 1066-1790*, Caen, Hardel (MSAN ; 21), 1855, p. 41. Haskins Charles Homer, *Norman Institutions*, Cambridge, Harvard University Press, 1918, p. 69 (Catalogue des actes de Robert Courteuse, n° 16). David Charles Wendell, *Robert Curthose, Duke of Normandy*, Cambridge, Harvard University Press (Harvard Historical Studies ; 25), 1920, p. 59, note 79. Tabuteau Emily Zack, *Transfers of Property in Eleventh-Century Norman Law*, Chapel Hill-Londres, The University of North Carolina Press, 1988, p. 171, 180, 181, 267 (n° 871), 364 n. 1 (avec édition d'un extrait). Guilmin Maxime, *Les Paynel du milieu du XIe siècle au milieu du XIIe siècle ou de l'ascension d'un lignage aristocratique*, Maîtrise d'Histoire, Caen, Histoire, 2002, 167 p., 1 vol. (dactyl.), p. 25, 115-116.

Texte établi d'après B

Ego Hugo Paganellus pro amore Dei et anima patris mei et matris meæ, pro salute animæ meæ et fratrum meorum, pro salute quoque domini mei Roberti ducis Normannorum, pro anima patris ejus ac matris, et pro animabus antecessorum et omnium parentum meorum, do et concedo jure hæreditario in dominio possidendas coenobio Sancti STEPHANI de Cadomo, duas partes decimæ tertia remanente æcclesiis, de manerio Fontaneti ; solidas et quietas liberas cum una acra terræ, exceptis his de terra Godefridi infantis et de meis propriis carrucis et corvetis et præcariis, et his de terra Hernaldi de Tilleio, et his de terra Radulfi de Borsigneio, et his de terra Rannulfi præpositi, id est de triginta duabus acris, et his de terra Alberici de Baiocis, et his quas Radulfus præbiter habuit de patre meo et nunc habet de me in fedio. Has enim non possum dare in dominio, quia prædicti homines tenuerunt eas de patre meo, et nunc tenent de me in fedio. Verumtamen tali modo concedo eas et do eidem coenobio, ut quodocunque abbas vel monachi dederint vel fecerint ipsis hominibus tale quid pro quo eas a sancto STEPHANO et abbate recognoscant et teneant, aut omnino qualicunque modo in dominio concedant eas sanctus STEPHANUS libere et quiete sicut supradictas habeat et ita ut nunquam abbas vel monachi, aut etiam prædicti mei homines, me sive fratres aut hæredes meos inde requirant, quodocunque ipsi homines velint eas tenere de sancto aut ut dictum est vendere vel ei dare omnino, et ita etiam ut nunquam pro hac re ipsi homines habeant prohibitionem vel quodlibet contrarium in aperto sive in occulto a me aut a fratribus vel hæredibus meis. Hanc donationem facit et concedit mecum Lescelina mater mea de cujus maridagio ipsa decima est, recipiens inde mecum Gilleberto abbate et monachis prædicti coenobii societatem, orationes, ac beneficium ejusdem loci ad subventionem animæ patris mei necnon et antecessorum nostrorum et nostram, concedentibus hoc fratribus meis. Dedit etiam insuper prædictus abbas, michi et matri meæ pro hac nostra donatione, quater viginti libras Cenomannensis monetæ, de quibus redemi me de captione in qua diu cum multa anxietate et ingenti damno mei nostrarumque rerum detentus fueram, et unam mulam de viginti marcis argenti. Hujus rei sunt testes : ex parte mea, Radulfus de Borsigneio, Ricardus de Monte filius Rogerii de Monasteriis, Rannulfus præpositus de Fontaneto, Godefridus infans, Ingulfus præpositus de Ansgotivilla, Murdac filius Bardel, Anshetillus hæres de Taissello. Ex parte Sancti STEPHANI, Willelmus filius Tedbaldi, Rogerius de Portellis, Robertus de Grainvilla, Robertus Ad pedes, Durandus de Herolvilla, Gislemarus filius Fagenonis, Girulfus, Restaldus de Ceus, Anshetillus celarius, Guarinus minor de Diva, Odelinus sutor, Johannes noster serviens. Hanc cartam firmaverunt omnes subscripti, Robertus dux Normannorum, Willelmus Dunelmensis episcopus, Willelmus de Roumara, Gausfridus filius Pagani de Vilers, Igilrannus filius Ilberti, Radulfus de Borsigneio, Hugo Paganellus, Ricardus de Monte. Dedit Hugo de Rosel Sancto Stephano .XL. acras terræ Groceio quas tenebat de beneficio Rannulfi vicecomitis concedente eodem Rannulfo, et Hugone filio ejusdem Hugonis, tali conditione ut susciperetur ad ordinem monachi in eodem monasterio. Testes Anshetillus de Alemannia, Rannulfus filius Ascelini, Godefridus de Alemannia et alii plures.

Nota: Après serviens, la fin de l'acte diffère sensiblement en CE: Signum + Roberti ducis Normannorum, Signum + Vuillelmi de Roumara, Signum + Gaufridi filii Pagani de Vilers, Signum + Wuillelmi episcopi Dunelmensis, Signum + Ingelranni filii Ilbet, Signum + Radulphi de Borsigneio, Signum + Hugonis Paganelli, Signum + Ricardi de Monte ; ainsi qu'en D : Signum + Roberti ducis Normannorum, Signum Wuillelmi + de Roumara, Signum Ingel + ranni filii Ilberti, Signum Willelmi episcopi + Dunelmensis, Signum Gaufri + di filii Pagani de Vilers, Signum Ra + dulphi de Borsigneio, Signum Hu + gonis Paganelli, Signum Ricardi + de Monte La donation d'Hugues de Rosel n'est pas indiquée en CDEH